

καὶ ἐπίμαρτυρῶν ταύτῃ εἶναι ἀληθῆ χάριν τῆ  
Θεῶ, \* εἰς ταῦτ' ἐστῆκατε.

13 Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ \* ἐν Βαβυλῶνι συνεκ-  
λεκτῇ, καὶ \* Μάρκῳ ὁ υἱὸς μου.

14 Ἀσπάσαδε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγά-

πης. εἰρήνη ὑμῖν παῖσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ  
Ἀμὲν.

¶ Πέτρος ὁπισθολὴ καθολικῆ πρώτῃ ἐγγραφῇ ἐν  
στίχοις σλς'.

Verf. 13. \* Non Assyriaca, sed Aegyptiaca: ad quam commode, quae per totam hanc Epistolam scripsit S. Petrus, referri posse; pluribus ostendit Cl. Pearsonius, Dissert. 1. de Successione Primorum Romae Episcoporum, Cap. 8. §. 7, 8. \* Vide Act. 12. 12, 25. Verf. 14. Rom. 16. 16. 1 Cor. 16. 20. 2 Cor. 13. 12. 1 Thess. 5. 26.

13. 'Εν Βαβυλῶνι] † 'Εν Ἰώππῃ in quibusdam Codicibus olim lectum fuisse, testatur Georg. Syncell. Vide Prolog. 1027. † Συνεκλεκτῇ] Ἐκκλησία praefigunt Lin. (in marg. manu recentiori) Occumen. Vulg. Syr. Arab. Aethiop. ex interpretamento. Nempe pro indubitato sumitur, Ecclesiam Babyloniorum hic intelligi. Atqui vero si de Ecclesia hic sermo, quum nulla ejus mentio facta sit in praecedentibus, aperte dixisset Petrus ἐκκλησία ἐν Βαβυλῶνι quomodo Paulus, cum ad particulares Ecclesias scribit, eosque, ad quos scribitur, salutem Ecclesiarum particularium nomine. Certe suppressa voce ἐκκλησία, quid sibi velit istud ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτῇ, nescio an intellexerint Judaei quos compellat. Ἐκλεκτῆς autem intellexissent Christiani quos ἐκλεκτοὶ, ut & συγκληρονομοὶ, & συγκληρονομοὶ appellantur: Ecclesiae ipsae non item. Alius igitur verborum sensus exquirendus videtur, & quidem quem primo intuitu capturi fuerint hi quibus Epistola inscribitur. Ecquis vero iste? τὸ ἐκλεκτῇ, Mulieris ad fidem Christi conversae Epitheton fuisse, notius quam ut dicam. Joanni femina nobilis, cui dat Epistolam, ἐκλεκτῇ dicitur, i. e. Christiana. Meminit idem Presbyter in Epistolae calce, τῆς ἀδελφῆς ἐκλεκτῆς quae fidem scilicet amplexa est. Vera ne illa Dominæ istius fuerit, an Religione duntaxat soror, uxor autem Presbyteri, incertum. Id plane constat, initio Evangelii, Christianos uxores suas, quas habuerunt tanquam non haberent, modestis fere Sororum, συζύγων, ac hujusmodi titulis aliis exornasse. Quidni vero è titulis istis sit συνεκλεκτῇ hoc loco? Mihi quidem vehemens suspicio est, per τῶν ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτῶν, intelligi hic Petri uxorem; Fidei simul susceptae, Vitae, laborum Sociam; quae Ba-

bylone Aegyptiacâ tunc, cum hæc scriberentur, egerit. Nihil in hac interpretatione absurdi, nihil obscuri, si seculum Apostolicum spectes. Laboravit proculdubio per omnia quae peragrârunt loca (pro Christianarum istius seculi more) una cum Petro etiam Uxor ejus in opere Evangelii; eaque de causâ cognitam credibile est Judæis. Nihil igitur mirum, si ad eos scripturus Apostolus, Uxor etiam suae salutationem transmisserit; & quidem sub titulo τῆς συνεκλεκτῆς pro modesti istorum temporum, in quibus Apostoli, in quibus Aποστολῆς, ἀπειθαρχήσῃ τῷ κηρύγματι πιστοσύνειχοιτες, (ut Clementis Alexandrini verbis utar) ὅχι ὡς γαμετας, ἀλλ' ὡς ἀδελφῆς ἀδελφῶν τὰς γυναῖκας, συνδιακόνους ἐσομένας ὡς τὰς οἰκονομοὺς ἢ ἢ κυρίας διδασκαλία. Strom. 1. 3. p. 448. Si dicas illud ἡ ἐν Βαβυλῶνι denotare potius feminam aliquam, quae fixam sedem habuerit Babylone; nihil equidem repugno. Esto ἡ ἐν Βαβυλῶνι five Uxor Petri, five etiam opulenta quaedam ac illustri loco nata femina apud Babylonios, quae Apostolum hospitio exceperit: certe nihil hoc loco de Ecclesia Babyloniorum. † Συν ἐκλεκτῇ Seidel. †

14. Ἀγάπης] Τῆς ἀγάπης Col. Ἀγάπη Steph. d. N. 2. Barb. 1. Vel. Vulg. Syr. † Εἰρήνη] Gratia Vulg. Beda. † Ἰησοῦ] Deest in Alex. N. 1. Syr. Aethiop. † Ἀμὲν] Deest in Alex. Cov. 2. 4. Genev. Aethiop.

¶ Πέτρος Ἐπίσ.] Πέτρος Ἀποστόλος Ἐπίσ. Cov. 2. 3. † Πρώτῃ] Deest in Cov. 2. † Ἐγγραφῇ] Ἐγγραφῇ δὲ τῆς Cov. 2. Lu. Occumen. ex sententia Papiae sc. ejusque sequacium, qui Babylonem apud Apostolum nostrum Romam interpretantur. † Στίχοις σλς'] Στίχοις σλς' Pet. 1. Στίχ. ν' Corp.

